

Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 34. An & qualiter concubinariis statuta pœna privationis beneficii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

administratione beneficij , adeoque choro & di-
vinis interesse (propter quam intercessentiam dan-
tut distributiones) & quidem sua culpâ & ma-
litia non possit.

7. Notandum denique , privationem illam
fructuum præmittendam suspensioni , pro ut con-
stat ex verbis Tridentini , hunc ordinem in pe-
nis infangentis requirentis. Porrò num hæc priva-
tio fructuum locum quoque habeat in simplice for-
nicatione , commodiū dicetur paulò post.

*Quæst. 34. An & qualiter concubina-
ris statuta pœna privationis ipsius
beneficii?*

1. Resp. primò , posse & debere illos priva-
ri beneficij , officiis , pensionibus , con-
stat ex variis SS. Canonibus. Sic dicitur
c. sicut hoc. t. quod si clerici ob concubinatum sus-
pensi ab ecclesiasticis beneficis præsumperint ad-
huc retinere concubinas , ab iisdem beneficis
perpetuò removeri debeant. Sic *c. si autem.* dici-
tur , quod si clerici in majoribus vel minoribus
secundò vel tertio monti , fornicarias non dimis-
sint , eadem de cætero contempturi , Episcopus
possit ultra officii interdictionem eos spoliare ecclie-
sis & eorum portionibus , appellatione postposita.
Sic in Tridentin. loc. c. dicitur : si si lusponsi nihil-
ominus eas non expellant , aut cum eis versentur ,
tunc beneficiis , portionibus & officiis ac pensio-
nibus ecclesiasticis , quibuscumque perpetuò pri-
ventur , atque inhabiles ac indigni quibuscumque
honoribus , beneficis & officiis impostervi red-
dantur , donec post manifestam emendationem
eorum superioribus ex justa causa cum iis visum fu-
erit , dispensandum &c. Ex quod decreto Concilii
pater , privationem illam beneficiorum esse
perpetuam , & ad illa non rediri post emendatio-
nem , etiā dicta inhabilitas non sit perpetua. Pa-
ter item , ad eam privationem , inhærendo
huic decreto , non procedendum , nisi post
privationem fructuum & suspensionem à be-
neficis.

2. Resp. secundò , concubinariū quantumcumque scandalosum , notorium & publicum non incurrire pœnam privationis beneficiorum ipso jure , sed ea pœna imponenda per Judicem. Castrop. tract. de benef. d. 6. part. 3. §. 8. num. 72. Garc. l. c. num. 184. citans pro hoc decis. Rota in Trullens. monasterii S. Mansueti. 27. Junii 1597. Barbos. in c. sicut. hoc. tit. num. 6. referens eand. decis. nisi forte statuto aliquo vel jure singulari sic statutum , ut Rector ecclie propter concubinatum ipso Jure destitutus sit beneficio. qualia jura & statuta singularia præservata , & non sublata vi-
deri per Trid. loc. c. ait Lotter. de re benef. l. 3. q. 33. num. 15. & dato , talem incurriere irregularitatem , non tamē ideo privat beneficis obti-
nentis , sed solūm arceret ab obtinendis. Garc. cit. cap. 10. num. 42. Tondut. qq. benef. p. 1. cap. 97. num. 10. citans Rebuff. de pacif. possess. quest. 25. num. 230. Neque privandus venit nisi post legiti-
mas monitiones in concubinatu persistat ; cum , ut Lotter. loc. c. num. 117. adducens eandem Ro-
ta decis. inquit , repugner manifesta rationi , cle-
ricos concubinarios rapim & festinanter lententi-
am privationis subire oportere. Unde licet con-
cubinarius notorius puniri possit absque aliqua mo-
nitione. Arg. c. in nos. b. t. & ordinarius ipse so-
R. P. Lœur. Jur. Can. Lib. III.

lus ad informationem summarie & incarcera-
tionem procedere possit , ubi fuga timetur sine mo-
nitione præscripta a Trident. ut Barbos. in c. sicut.
hoc. t. num. 6. infine. citans Garc. cit. cap. 10. num.
186. Ad privationem tamen beneficiorum de-
veniri non potest sine prævia monitione. Garc.
l. c. num. 182. Castrop. loc. c. Tond. l. c. num.
3. § 4. Barbos. in c. sicut. num. 6. & in c. si autem.
b. t. num. 3. & constat ex citatis canonibus & Tri-
dentin. l. c. Porrò ad privationem beneficij pro-
cedi nequij sinistra monitione. Garc. l. c. num.
183. Tond. num. 6. Pith. b. t. num. 13. infine.
Castrop. l. c. num. 22. (ubi tamen addit ; si Judex in
præficiencia sua delinquenter moneret , unicam
monitionem trina æquivalere) Barbos. in c. sicut.
num. 6. citans Ricc. in pr. for. eccl. decis. 359. in
1. edit. & resol. 307. num. 3. in 2. edit. ubi is , quod
hæc trina monitio requiratur tam juxta juris com-
munisquam Trident. dispositionem. Item in c. se
autem. num. 3. ubi ait : ubi agitur de privatione
bonorum , ex quo aliquis erat suspectus de mala
familiaritate mulierum , & de incontinentia , ut
ex suspicione scandalum generaretur in populo,
licet non fuerit contra illum accusator , non est
sufficiens unica monitio , sed trina requiritur , quæ
præmissa , si postea fuisse inventus ; cum illis
conversari , aut illas in domo retinere , tunc de-
mum poterit procedi ad privationem &c. Neque
obstante ait , quod Trident. cit. c. 14. loquens sim-
pliciter de monitione , videatur requirere unicam
tantum ; siquidem ita loquitur dum agit de pri-
vatione partis fructuum , non verò , quando agit
de privatione bonorum. Hæ verò trinæ monitio-
nes singula fieri debent speciales in personam , &
non sufficit fieri generaliter juxta dicta q. preced.
non tamen requiritur , ut siant in visitatione.
Garc. l. c. num. 186. quantum verò temporis in-
tercedere debeat inter singulas monitiones , id ar-
bitrio Episcopi determinandum relinquitur. Garc.
cit. c. 10. num. 185. Barbos. in c. sicut. num. 6.
De cætero hic notandum circa illas trinas monitio-
nes , quod , cum in arbitrio & electione Judicis
sit , procedere contra concubinarios , vel secun-
dum dispositionem juris communis , non expe-
ctata seu servata formâ decreti Tridentini ; cum
Concilium expressè præserverat alias pœnas à SS. Ca-
nonibus statutas ; vel secundum formam Trid. ut
Garc. l. c. num. 186. Lott. l. c. num. 154. juxta de-
clarat. ad cit. c. 14. Trid. ubi Judex eligit procedere
juxta formam Trident. gradatim infligendas dictas
pœnas , pro uno quoque gradu pœna comminata
sufficiat unica admonitio. Si autem eligat proce-
dere juxta formam juris communis ad pœnam per
illam statutam , que est , privationis beneficiorum
propter incorrigibilitatem , exigi trinam monitio-
nem juxta c. 2. b. t. ita Lotter. l. c. n. 153. Castrop.
l. c. citans Guttier. Can. q. l. 2. c. 7. à unum. 13.

*Quæst. 35. An adhuc sunt aliae pœnae
concubinariorum?*

R. Esp. enumerantur insuper aliae pœnae , de qui-
bus videri potest Farin. pr. crim. de delict. carn.
q. 138. à n. 35. & Rebuff. intr. concordator. Fran-
cia. tit. de pub. concubinar. & inter has pœnas quo-
que est , quod clerici concubinarii reddantur infa-
mes ; juxta c. infames. 6. q. 1. Farinac. l. c. num. 5.
Rebuff. l. c. vers. tertia pœna. & constat à posteriore
ex Trident. dum redduntur inhabiles & indigni